Parenti S.P.D.

Tandem igit. ad nos allatæ tuæ sunt litteræ, utinam sæpius!
Iucundissimæ siquidem fuerunt, quia de fausto adventu, et incolumi-
tate tua certiores nos fecerunt. In 3° nunc Virgilij libro versamur
quæris versum? in promptu est, Quid non mortalia pectora
cogis! auri sacra fames? Venit ad nos hodie D. Brouart,
album secum ferens, cui utrumq; nostrum distichon aliquod
inscribere voluit. fratris autem tale erat

Pietas simul obit cum viris,
Illos nec unquam deserit.

Meum tale Corde quidem parvus, fateor, sum corpore parvus,
Sed latet in parvo corpore magnus amor

Mater quoq; non potuit non addere elegantissimos istos
versus

Qui habet in manebus,
Et iectat sub pedebus,
Venient temporibus,
Quod habebunt doloribus.

deinde

Honneur ou mort.

Porro de studijs velim sollicitus non sis, nam præsens, absens,
idem ero, et ne, siquando (Deo volente) revertaris, pi-
gritiæ me incusare curabo. Hisce vale. xvij° Kal. April.

CIↃ IↃ CVIIII

Tui observantissimus

Constn: huygens

A Monsieur

Mons.r Huygens Secretaire
du conseil d'estat
ores A

Berghen sur le zoom

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3